

3.3
G A M E L I O N

M E L O G R A P H I C U M .

10156

Quò,

Generosissimo Neogamorum Pari:

Illustrissimo quidem Sponso,

COMITI, ADÆ SZEKELLY;

Illustrissimæ autem Sponsæ,

COMITISSÆ, CHANNÆ BANFYADÆ;

Inter tot Latos thaLasslones, hyMenæos, aC tæDas,

ad testandum commune Gaudium mense Julio

Die 4. Mensis aCCensas,

Et in Arce Gyalu, Castro Inclyta

DaClæ MICantes,

Humillimè congratulatur,

ac felicissimum apprecatur Conjugium

EUTERPE ALBA-JULIANA.




CLAUDIOPOLI,

Impressit SAMUEL PAR TELEGDI.

1702.

BCU Cluj / Central University Library Cluj





Illustrissimo Magnorum Nominum

Quaternioni:

præCellentissimo Dno,

GEORGIO. COMITI.
BANFI. BARONI. DE. LOSONCZ.
INCLYTÆ. TRANSSILVANIÆ. ET
PARTIUM. REGNI. HUNGARIÆ. EIDEM. ANNE-
XARUM. GUBERNATORI. SACRÆ. CÆS. REGIÆQUE
MAJES. DOM. NOST. CLEM. CONSILIARIO. INTIMO.
COMITATUUM. COLOS. ET DOBOKA. COMITI.
CIVITATISQUE. CLAUDIOPOLITANÆ. CAPITANEO.
UTROBIQUE. SUPREMO. MAGNO. ECCLESIARUM.
ET SCHOLARUM. NUTRICIO. DOMINO. AC
PATRONO. GRATIOSISSIMO.

Nec non,

Excellentiæ Ejusdem

Individua Conjugalis Tori Sociæ,

Illustrissimæ Comitissæ

CLARAE DE BETHLEN,

(&c.)

DOMINÆ AC PATRONÆ

Gratiosissimæ.

Item,

Illustrissimo Excellentiarum

Suarum Genero,

D. Comiti

A D A M O S Z E K E L Y,

DE BOROS-JENÖ.

Denique,

Illustrissimæ Excellentiarum

Earundem Natæ,

D. Comitissæ

A N N Æ B A N F I.


BCU Cluj / Central University Library Cluj

Dominis ac Dominabus Colendissimis,


Hoc Garnelion L. M. Q. D. D.

& Sacrum facit

Illustre Collegium
apud Albam-Juliam.




PARS I. Programma.



Dicite Castalides, Heliconia Numina, Musæ,
 Et Castæ Euterpes Castæ sine labe Sorores,
 Cur Phœbus splendore micans, & fronte serenâ
 Auroræ roseum linquens post terga Cubile,
 Insolitis Dacicum radiis illuminat Orbem?
 Flammivomi Titanis Equi (per colla, per armos
 Queis volitant, luduntq; jubæ) quæ gaudia produunt
 Calcibus? insolitisque hinnitibus aëra complent?
 Quidve Gyalúinam sibi vult concursus ad Arcem
 Tot Procerum, Patrum, Matrum, Fratrum atq; Sororum,
 Nympharum & Charitum? Quid vult, accumbere lætos
 Convivas Epulis Divûm? Quid, pellere curas
 Pectoribus, nata, arguti modulamina cantûs?
 Quid vult ætherias abiens concentus in auras?




Scilicet, **ILLUSTRIS**, claraq; è Stirpe creatus,
 Musarum à teneris dilectus Alumnus, & Almæ
 Delicium Matris, Patriæ Spes, Fœdere Castam
 Constituit Thalami Sociam sociare jugali



Cor Leonis.

ILLUSTREM Titulô, Magni Illustrisq; Parentis
 Natam, quam decimam bene posses dicere Musam,
 Virginis aut Spicam junctam cum Corde Leonis.



Spica Virginis.

Hinc illi plausus, hinc Phœbi gaudia tanta,
 Hinc læti Titanis Equi, hinc Convivia læta,
 Hinc quoq; dulcisonis resonans concentibus aër.

Ergò tange Lyram Musarum Præses Apollo
 Lauriger, & cunctæ pia carpite gaudia Musæ.
 Quin resonare docete nemus concentibus. Et tu
Canta Castalios Euterpes Tibia Versus.

Salve chara Deûm Soboles! Salvete gemellæ
ILLUSTRES Animæ! Vivant & Adamus, & Anna:
 Nomina digna Cedro, argutis cantanda Camœnis,
 Nobile par Neo-Sponsorum, qui in pignus Amoris
 Sacro munificas junxerunt Fœdere dextras,
Canta Castalios Euterpes Tibia Versus.

Huc ades, invitata Cohors, Hymenæon adornans,
 Blanda Patrum, Matrum, Generûm, Nuruumq; Caterva,
 Atque pias effunde preces socialia funde
 Carmina, Conjugibus Vitam Pacemque precare,
 Et multos sine Nube Dies, & Nestoris Annos.
Canta Castalios Euterpes Tibia Versus.



ILLUSTRIS Neo-Sponse, tuū dūm stemma, LEONEM
Armigerum intueor, non possum dona tacere
Nobilis Ingenii, non possum non memorare
Virtutes, quas Stemma tuum monstrando monebit
Ceū speculum. Quare de nostro sacra Leone
Canta Castalios Euterpes Tibia Versus.

Est Leo prævalidis invictus viribus, & cui
Æstuat immotō generosus pectore sanguis:
Plus vigilat, somnumque oculis Leo captat apertis:
Simius, atque Lupus sunt quos atrociter odit.
Huc properes horum Interpres, & tinnula mecum
Canta Castalios Euterpes Tibia Versus.

Magnates animō Generosos, pectore Fortes
Esse decet; qui se potius, quā fortia vincant
Mœnia: & Impavidos magnis decet esse periculis:
Aurea convenit his Vigilantia: sint odio illis
Turpis Adulator: crudelis & Insidiator.
Canta Castalios Euterpes Tibia Versus.

Est iracundis innata Leonibus, ipsos
Ornans Magnates Clementia; cujus amore
„Parcere subjectis scit nobilis ira Leonis.
Magnos ira quidem non dedecet; ast magis illos
Blanda decet, magnosq; facit Clementia. Sed tu
Canta Castalios Euterpes Tibia Versus.



ILLUSTRIS Neo-Sponsa meos ad Stemma tuorum
Majorum jam verto oculos, Insigneque vestrum.
„Jungentur jam GRYPHES Equis, dixere Poëtæ
Carmina; Magnanimo nunc est Gryps juncta Leoni.
Quare de Gryphis etiam dictura canoris
Canta Castalios Euterpes Tibia Versus.

Gryps Aquilæ Reginæ Avium caput, atq; Aquilinum
Os habet: Ignitosque Oculos: Pedibusque quaternis
Robustos unguis: Alas nive candidiores:
Ex Auro nidum faciens in Montibus altis:
Pullorum custos. Hæc nunc expone canora, &
Canta Castalios Euterpes Tibia Versus.

Altifoni Jovis est Avis hæc pennata Satelles;
Vos igitur decet esse Aquilas, fidosque ministros
Numinis æterni: in quibus ardeat ignis Amoris
Divini: & quadrata adsit Constantia, duris
Robur in adversis. Tu porrò pergito rauca, &
Canta Castalios Euterpes Tibia Versus.

Gryps Alis nive candidioribus est Emblema
Candoris, quō non est Virtus pulcrior: Aurum,
Est pretiosa Fides, Nidum paritura quietum:
Mons, est adspirans anima ad Cœlestia: Pullos
Custodire, est in cunctis Vigilantia factis.
Canta Castalios Euterpes Tibia Versus.

ILLUSTRES Animæ, quando hæc Insignia Vestra
 Conjuncta aspicitis, memores estote, decere
 Multum, Vos Vestris dignas Insignibus esse:
 Nec tantum claras Atavorum sanguine; verum
 (Quo pede cœpistis) esse his Virtutibus auctas.
Canta Castalios Euterpes Tibia Versus.

Sic dabitis nobis Vestra, nova gaudia, vitâ:
 Sic novô utramque Domum splendore beabitis: alto
 E Cœlo bona sic cuncta impetrabitis: atque
 Sic nomen Vestrum, Vestras laudesque canendi
 Amplam materiem Musis præbebitis. Ergo.
Canta Castalios Euterpes Tibia Versus.

Verum jam tandem Plausus abrumpere cogor.
 Scilicet, haud totum Musarum sufficit Agmen
 Plausibus his. Nam lætitia hæc est nescia dandi.
 Et quantô plura hîc canerentur Carmina, tantô
 Plura canenda essent, vel totis si ipsa diebus.
Castalios caneres Euterpes Tibia Versus.

Quare, dum Cœli dudum plaudentibus Astris,
 ILLUSTRISSE Tu, Tuq; ILLUSTRISSE Conjug
 Ducimini in Thalamum, Patriasque relinquitis ædes;
 Nos Vestra hæc calidis jam jam Connubia Votis
 Prosequimur, festasque Aras jam ponimus. Euge!
Canta Castalios Euterpes Tibia Versus.

Ergo Votorum nostrorum hæc Summa sit: Is, qui
 Solus sceptrâ gerit Cœli, Terræque, Marisque,
 Et vasti effusas Orbis moderatur habenas,
 Dirigat & Vestram gratô moderamine Vitam.
 Cœlica Vos semper cumulet Benedictio. Jam tu
Desine Castalios Euterpes Tibia Versus.

PARS II. Anagramma.

Et quidem,

(1) *Nominis Illustrissimi Sponsi,*

A D Æ S E C H E L.

ΜΕΤΑΣΤΟΙΧΕΙΩΣΙΣ.

H E C A L, Æ D E S.

Exegetis.

HECAL Hebraicè Templum est, ÆDESque Latinè.

Te Templum, res mira! utraque Lingva vocat.
 Téque facit Templum Sponsum, Sponsamq; venustam
 Fanum seu Templum Lingva Latina facit.

Felix Conjugium, dum Templo nubere Templum

Cernimus, haud ullum pulcrius esse potest.

Conjugii siquidem felicitatis Regula certa est,

Nube Pari: Paritas, res bona, Conjugii est.

(2) *Nominis Illustrissima Sponsæ,*
A N N Æ B A N F I.
 ΜΕΤΑΣΤΟΙΧΕΙΩΣΙΣ.
E N B I N A F A N A.

Exegetis.

^{1 Cor.}
^{3: 16.} Corpora Vestra, Dei sunt Fana, ut Apostolus inquit*,
 Corpora ubi duo sunt, sunt ibi Fana duo.
 Sint licet una Caro, Sponsus, formosaque Sponsa
 EN duo Corpora sunt BINA que FANA Dei.
 EN BINA estis FANA Jehovæ, Templaque viva;
 Viva ergo vivi vivite Fana Dei.
 In vobis habitet jam Spiritus Altipotentis
 Circumque-auxiliô-cingat utrosque suô.


ΕΠΙΜΕΤΡΟΝ.

(1) *Ad Illustr. Comitum ADAM,*
 Paradificolam,


O D E.

Ad Melodiam

BCU Cluj / Central University Library Cluj



Primus in Mundo Pater & Maritus,
 Numinis ductu Paranymphe, ADAMUS,



Sponsus herbofo fuerat locatus In PARADISO.


Banxas ADAM Neo-Sponse in Ædes,
 Numinis ductû fatus, hasque sedes
 Nactus, umbrosum reperisse credes
 Te PARADISUM.

Arbores inter reliquas amœna
 Hic adest Arbor, cui Nomen ANNA,
 Hæc dabit Vestro Tibi dulce Manna
 In PARADISO.

Hæc Tibi flores, Casias olentes;
 Hæc Tibi fructus, Calathos replentes;
 Hic Tibi lætum Zephyri tepentes
 Dant PARADISUM.

Inter has Plantas, ab odore vero
 Inclytas, ADAM sub Amore mero
 Vive, Cœlestem redeasque serò
 In PARADISUM.

Ampliffi-



(2) *Ad Illustr. Comitissam, ANNAM,*
Charitum Quartam.

Tres olim Charites habuit studiosa Vetustas
 (Gratia stat Grajō nomine dicta Charis)
 Aglaiam, dulcem Euphrosinem, blandamque Thaliam,
 Una quibus fuerat mens tribus, una fides.
 Addita quarta hodie Charis est illis tribus, ANNA.
 Nomine, reque ANNA est Gratia, sive CHARIS.
 Jam nemo Charites Terris abiisse dolebit;
 Nam nostra ANNA foret pro tribus una fatis.

(3) *Ad Virosq; DIALOGISMUS inter Illustr. Sponsam*
Interrogantem, & Illustr. Sponsam sub nomine ECHÛS
Nymphæ Respondentem.

SPONSUS.

Dic mihi, quō affectū ANNA Tuo Te jungis ADAMO?
 Quemve Tibi præsto mi pretiose ADAMAS?
 Tu quem redamas, tanquam pretiosum Adamantem?
 Cujus Amicitiam dem Tibi perpetuam?
 Vivat Amor noster, Tuque ô mea Amica Valebis.
 Namque Valere Tuum, est optima Vita mihi.

ECHO.

Amo.
 Amas.
 Amantem.
 Tuam.
 Vale, bis.
 Ita mihi.

PARS III. Griphogramma.

Olim in sacris Nuptialibus proponi Convivis solebant varia *Quæstiones & AEnigmata*, quæ vocabant *ΣΥΜΠΟΣΙΑΚΑ ΖΗΤΗΜΑΤΑ*, sive *Convivales Quæstiones*, ut loqui amat Gellius. Cujus ritus etiam temporibus Hebræorum Judicum expressum prostat Exemplum, Jud. c. 14. Quorum & hodie quid vetat imitari consuetudinem?

Sint ergo

G R I P H I,

Pro festivis Leonis cum Gryphe nuptiis

compositi.

Gryphodes. Quæst.

Castibus innocui Dama est inclusus Amoris.

Nosse cupis Nomen? pone pedem ante caput.

Gryphentes. R.

Vocis DAMA velut pes est A, sic caput est D.

Pone pedem ante caput, nomen habebis ADAM.

Item.

Q. Est Virgo, duplicata dedit cui vocula Nomen,
Vocula, quam dubitans Quæstio fronte gerit.

R. Quæstio, quæ dubia est, à voce AN? AN? incipit ipsa.
Ex AN & AN Nomen nascitur ANNA, tuum.

Item.

Q. Dic mihi Cardinibus, in quibus totus vertitur Orbis,
Quod Nomen cunctis Nomina Græca dedit?

R. Est id Nomen A.D.A.M. Nam Græcis est *Anatole*, Oriens;
Düsis, Occidens; *Arctos*, Septentrio; *Mesembria*, *Meridies*.

Item.

Q. Dic, quibus in Terris Telluri Gratia nupsit?
Et Sponsus Tellus, Gratia Sponsa fuit?

R. Hoc factum in Dacia est, hinc nupsit *Gratia Terræ*;
Sancta in Lingva ANNA est Gratia, Terra ADAMA.

Item.

Q. *Intellectus & Ingenium*, duo Nomina magna
Dic mihi quæ nunc sint juncta? duæque Domus?

R. Ut SZÉKEL *Ingenium*; sic magnum Nomen (Hebræis) (שכל)
BÁNFI, *Intellectum* dicit in ore meo. (בנפי)

Item.

Q. In Cælo vicina sibi Signa hæc: *Leo, Virgo*.

Dic quibus in Terris juncta eadem fuerint?






R. Székelidum est Insigne Leo. Cum *Virgine* blandum
Contraxit felix hic Leo conjugium.

Item.

Q. Dic, quæso, quis sit, qui nondum natus habebat
Principium & finem? natus utroque caret?

R. *Annulus* Aurifabro nondum fabrefactus, habebat
Principium & finem, factus utroque caret.

Item.

Q.  levet  ferum  tum  itósque  bores.

q. UT RElevet MIserum FAtum SOLitósque LABores,
Post reliquos finem hunc Musica dulcis habet.

COROLLARIUM.

*Exhibens Versus Cancrinos,
& quidem, Literis Retrogrados,
Tergeminos.*

(1) *Ad Leonem, Signum Cœleste Zodiaci,
& Insigne Comitum Adami, Sponsi.*

I, Leo Cœli, ad Sedes, Sedes da, i, Leo Cœli,
Solem en! mos ubi si visibus, omne melos.

(2) *Ad Comitissam Annam, Sponsam, quæ Muro forti similis
esse debet, si etiam dilecta Christi Sponsa esse
velit. Cant. 8: 10.*

Anna refer Murum, si vis, Murum refer Anna,
Te nam, etsi robur, non rubor iste manet.

(3) *Ad utrosque. Quibus assistentiam DAJ, i.e. omnissufficientis
Dei, & JAD, i.e. Manum Dei precatur.*

Sospitet ipsos DAJ Summus, JAD sospitet ipsos,
Oro, Toro, subige Legibus, oro, Torô.

BCU Cluj - Central University Library Cluj PARS IV. & Ultima,

*In gratiam Eorum addita est, Lingua Hungarica
quæ nota est, ignota Latina.*

A' Magyaros Magyarok régenten Kardra vetették
Jobb kezeket, 's tudtak birni vitézi Éivet.
Söt ö Nemességeket jó viselt dolgokba keresték,
Hirt ezzel nyertek, 's meg-maradandó nevet.
Ekképen karján, 's kardján kiki venni Éokott vólt
Tzimert, Armálist, és Nemesi Titulust.
Virtusokért adták, nem pénzért, a' Titulussal
(A' mint most Éólni Éoktanak) a' Vitulust.
Sok nagy Fámiliák Éép példák erre lehetnek,
A' kiknek ma nevek emlekezetbe jönnek.
Kiknek Tzimereken gyakrabban fényleni látunk
Kardot, és a' bátor Éivnek egyéb jeleit.
Illyen többi között Kardos Griff, Kardos OroÉlán;
Hogy több Tzimereket erre ne hozzak elől.
Innen amaz régi nagy Bátori Fámiliának
A' Bátor Éivért lött neve Bátori név.
A' melly Bátoriak a' Bánfi Fámiliával
Mind azon egy ágból jötenek, és régiek.

Mert ugyan-is a' *Griff* Tzimer; a' nagy Tarquiniusnak
 'S Urfus Hertzegnek régibe Tzimere vólt.
 Hogy ha pedig kérded Elejét ez Bátori Háznak;
 Ennek elsőben vólt neve vitéz Opós.
 De mivel egy Sárkányt ez az Etsedi tóba meg-ölt vólt,
 Ez vitéz Opósnak lött neve *Bátor*, ezért.
 Etsed Váranak ez vólt építője régénten,
 Kinn *Kardos Griffnek* most birodalma vagyon.
 Irják a' Griffről, hogy igen nagy ez, és erős állat,
 Minden állattal ez hadakoznia mér.
 De nem bántja a' *Griff*, az *Oroflánt*, és Élőfantot,
 Azért ő köztök nintsen-is hadakozás.
 Itt-is a' *Kardos Griff*, nem bántja a' *Kardos Oroflánt*,
 Egyesség köztök nagy vagyon, és Szeretet.
 Mint egymást Szeretik, úgy óltalmaznia kézek;
 Bóldogságba tehát van 's nagy örömbé rézék.
 Mert mind kettőnek vagyon óltalomra hatalma:
 Bátorsága lehet, a' ki ez útra mehet.
 A' *Grif Oroflánnyát* meg-lötte hát, és az *Oroflán*
Grif-madarát, 's méltán meg-betsüendő javát.
 Méltó tehát, méltó ez szép edgyességnek örülni,
 'S abban Istentül kérnie meg-maradáft.
 Méltó kívánni, hogy Mennybül szálljon az áldás
 Rajok, mind lelki testi jó, bóldogulás.
 Mind két Háza Isten nézven, *Como fénye telintsen*,
 Szárnyaival mind két Ház be-fedezve légyen.
 BÁNFI GYÖRGY éljen, 's az ő *Kardos Griffje* ne féljen,
 Hogy *Élve* félkét, vagy vezély érje Helyét.
 Élj BETLEN KLÁRA, légy *Naumi*, ne légy sóha *Márah*,
 Élj kegyes *Sárah*, 's buzgóóságos *Deborah*.
 Éljen SZÉKELY ÁDÁM, *Évembül* ezt ide mondám
 Szájjal, 's kézzel adám, mint ide irni tudám.
 Éljen BÁNFI ANNA, mint tiszta erköltsü *Susanna*:
 Ennek utánna lezzé tiéd a' *Korona*.
 Éljen mind két Ház, légyen eztendeje sok Ház;
 Légyen olly mint váz, valaki téged aláz.
 Éljenek a' Tsemetek, és a' kik ezeknek örülték
 Életeket, 's kérték, hogy ne légyen fogyaték.
 Éljen a' Szeretet, a' melly az életre fiettet, [17án.3114]
 Mind két Ház ötet, úgy vegye mint életet.
 Atyafiak serege, 's egy-máshoz ezeknek hűsége,
 Éljen, 's kézsége; mellynek ne légyen sóha--

V É G E.

D. K. S.



Kapitány János